



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

8 Subditione liceat præter uerba legis agere, necne

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

condit? Non enim à Deo: quia lex illa non est diuina, neque à seipso quia lex ipsa non est votum, quod homines obligare se solent. Et quo argumento roboraretur deus illum uole sua lege obligari. Hæc autem conclusio licet oppugnetur, non tamen expugnant. Considerandum enim primum est, quod Princeps non est extra rem publicam, sed membrum eius, puta caput. Secundum id ex superioribus recolendum est, quod lex humana obligat in conscientia, eo quod ab æterna per naturalem derivatur. Ex his potest statim deduci vis obligatoria. Ex illo scilicet naturali principio: Ius quod tibi non vis alteri ne statuas. Contrarium enim reprehendit Christus, dicens, Quod imponunt alteris onera, que ipsi non tangunt. Eo ergo quod princeps statuit legem, iure naturæ illi submititur. Sed forte clarius id sic deducitur. Legislator (ut dictum est) lege condens, opus tale constituit in certa virtuti specie, ut serens Papa legem ieiunij, constituit illud virtutem obligatoriam abstinentie. Et præcipiens, seruare aliquod festum, illud collocat in virtute religionis. Constituto autem virtutis opere, tota respublica, atque adeo ipsum caput tenetur secundum illam agere.

Quod si scisciteris, cur non subinde & pænâ cogat Principem, respice latum discrimen. Lex enim eo quod regula est facit ut deflexus ab ipsa sit culpa absque alia executione vel legis applicatione, pænâ autem adhibetur legi obseruationis causâ, que idcirco executione & applicatione indiget. executor autem est Princeps ipse, cui repugnat ut seipsum cogat, licet possit pænâ, si uoluerit soluere. Quando autem statumus, Principem legibus subdit suis, intelligimus de legibus, quæ ex æquo ad ipsum perinde atque ad subditos spectant. Præcipit, Rex neminem gladio succincto incedere, aut sericis indutum, non est par ratio cur ipse eisdem abstinere. Indicit autem Papa ieiunium aut festi solennitatem, eadem est æquitas ipso, nisi iusta de causâ secum, ueluti cum alijs dispensauerit. At uero ut ad secundum reuertamur conclusionem ab sit, ut quis inde Lutherani inbibat sensum. Fuit enim ille heresiarcha eo usque uesanie collapsus, in suo libro de Libert. Christiana, ut iustum hominem cum primum Deo fidem præbet, cui soli ipse iusti-

ficationem tribuit, docere contenderet ab omni esse lege liberum: quia per fidem, inquit totam impleuit legem. Itaque nullo amplius aligari legis vinculo: sed omnia deinceps ex amore per fecit. Hanc autem erroris absurditatem libro 3. de Natur. & gra. cap. 1. suis de pietate coloribus abunde expugnauimus. Nemo enim in hac uita etiam si sit ut Apostoli confirmatus, liber est à lege. Quin uero si per impossibile ipsi Apostoli contra legem fecissent, peccassent: licet confirmati essent ut non facerent. Nam & iustis illis dictum est: si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Immo ueritatis ipse Magister, seruus qui cognouit uoluntatem domini sui & non fecit, uapulabitur multis. Præterea sic hominem à lege eximere est ipsum impeccabilem facere: quæ absurdissima est hæresis Paulus enim qui alibi putabat nullam esse potestatem, quæ illum posset à charitate Dei separare, alibi nihilominus fatebatur se corpus castigare suum, & in seruitutem redigere: ne cum alijs prædicabat, ipse reprobus efficeretur. Et ne magnitudo reuelationum eum in superbiam extolleret, angelum Satanæ, qui cum collaphizabat, substinebat. Non enim sic Paulus intelligit iusto non esse legem positam: quin si illam transgrediretur, eadem iustitiam amitteret, sed ingenium gratiæ fauorisque Dei duntaxat expiscuit: nempe quod ubi charitas foras mittit timorem, hominem quem possidet, obsequentissimum legi facit. Atque hic est sensus uerborum Pontificis in dicta dist. 19. q. 2. Appellat. n. legem priuatam singularem ductum Spiritus sancti, contra quem nemo tenetur obedire legibus communibus. Ille tamen est etiam Spiritus sancti ductus, ut subditorum quisque suis præceptis obtemperet, neque omni spiritui credat contra prælatorum obedientiam intus obloquenti: ne sit forte Angelus Satanæ, quem lucis esse putat.

ARTICVLVS VIII.

Utrum subdito liceat præter uerba legis agere.

Postremus articulus uirtutis legis est, utrum omnis et in re sit subditis in

Auctor libro de Natura & gratia. Primum in Lutheri.

Secundum.

Mens Pauli.

Saluti- rum co- silium.

Primū documē- rum.

Secundū Probat- rursus prima conclu- pinci- palis.

Quæst. Solutio.

Prim- rō dū- tandi.

Secūdo.

Lutheri error.

Tert- ratio.

terdicta, an vero liceat subito contra verba legis agere? Et arguitur quod nemini subditorum id liceat. Aut enim Aug. libro de vera relig. In temporalibus legibus quas uis homines iudicent de eis cum eas instituerunt, tamen quoniam sunt instituta & firmata, non licebat de ipsis iudicare, se secundum ipsas: qui autem legis verba pretermittit arbitratus intentionem legislatoris seruare, de lege iudicare versus ergo subditus id non licet. Secundo: Et prius competi legum esse interpretem, qui est eorum conditor: solus autem Princeps potest leges condere: nemini ergo aliorum liberum est illa interpretari sed secundum eas agere. Tercio: Qui leges condiderunt, sapientia lumine illustrati censendi sunt: Quae ait Prover. 8 Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. ergo de intentione legislatoris non aliter iudicare licet, quam per legis verba. In contrarium autem est Hilarius. 3. de Trini. intelligentia dictionum ex causis est assumenda dicendi: quia non sermones, sed rei debet esse sermo subiectus. Ex quibus verbis colligitur prudenter esse ad causam attendere, quae legislatores induxit quam ad legis verba.

Quaestio praefens materia est *trinitaria* in disputatione producitur: videlicet aliquo casu subditus ea sit licita? Nam quod principi coepit, ambigit nemo, iuxta doctrinam Arist. 5. Ethic. ca. 10. Ad quam idcirco quoniam tribus conclusionibus respondendum est. prima est generalis. Lex quae a communi bono deficit, nullam habet obligandi vim. Haec iam supra ex eo demonstrata est, quod lex omnis debet esse pro communi salute ciuium instituta. Vnde ff. de legib. l. Nulla iuris actio aut benignitas patitur, ut quae salubriter pro hominum utilitate introducitur, eas nos duore interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad seueritatem. Secunda conclusio. Quamuis lex in communi lata casibus plurimum contingentibus utilis sit: in hominum quo casu nocetur aduersari communi salute non est obseruanda. Exemplum D. Tho. est: In ciuitatis obsidione salutis ferum est lege cauere ne portae aperiantur: nihil se eius si tunc ciues, quorum vita salutis reipublice conducit, honestes fugientes in urbem se volunt recipere, contra legis verba aperiendae sunt illis valuae: quoniam illa est legis mens, quippe quam si adesset legisla-

tor, haberet: Conclusio haec proinus ad primam consequitur. Enimvero lex (ut supra dictum est) ideo ponitur in communi, quod casibus particularibus prospicere satis nequit: ut habetur l. Neque leges. & l. Non possunt, ff. de legibus. si ergo inde consequens, ut quoniam casus occurrerit, quem si legislator prospexisset, exemplum iudicaret, non sit obseruanda. Tertia conclusio his duabus assertionibus nihil obstantibus huiusmodi legis est *trinitaria* more & ordine ad solum principem spectat, nisi illis duntaxat casibus, quibus adeo instat subitum periculum, ut si ad principem vel ad eius vicem gerentem recurrendum esset, damnum interim timeretur. Tunc enim licitum est subito contra verba legis agere. Illa quippe necessitas est, quae legem non habet. Atqui in conelatione prima nihil dubitationis latet, in secunda vero non nihil. Videtur, n. sanctus Thomas nimirum illum stringere, dum ait, illo praecio casu, quae legis obseruatio in exitum vergeret communitatis salutis non esse seruandam, cum tamen neque in priuam interuentem seruanda. Et enim ille cui palmus esset, obseruationem legis esse sibi letalem, constaretque ex natura legis non esse eius mentem in tantum periculum adigere subditos, ne utique teneret legem custodire. Vt si mihi constaret, hostes mihi in uia insidias parasse, non teneo die festo ire ad sepulchrum. Respondetur neque hoc negare sanctum Thomam, sed loqui in reipublica periculo. Obsessa enim ciuitas non tenetur unicuique cui fugienti portas pandere cum suo periculo: & ideo neque ianitori aperire ias est. Imo licet essent persona quam plurimum tuenda vbi viles, si certum esset, quod hostium turam simulcum illis intro irrueret, quae ciuitatem caperet, non teneretur. Secus vbi non esse tantum periculum: nam tunc imminenti periculo clanger ipse posset aperire. Tertia vero conclusio non est vique adeo clara. Dum enim asserit subito imminente periculo licere subito agere contra legem in consilio magistratu, alioqui vero ad ipsum recurrendum: aut intelligit quando subditus de legis mente ambiguus est: aut quando proculdubio certissimus est: non quando haeret indubio, nam tunc (ut ait

Deducitur conelutio ex prioribus. Tertia conclusio. Dubitatio circa secundam conelusionem. Ratio habenda de explicito. Solutio. Obiectio in tertia conelusione.

Primū argumētum Augustini.
 Secūda.
 Tertiū.
 Hilari.
 Arist.
 Prima conclusio generalis.
 Probatio.
 Secūda conclusio.
 5. Tho.

Solutio. in solutione secundi) debet absque ulla interpretatione verba legis seruari. Quando vero omnino est certus, etiam si nullū est in mora periculum, non tenetur Prelatum consulere. Cui.n. in die ieiunij nullus alius suppetit cibis, quam carniū, absq; vlla superioris consulatione potest, ne fame pereat, illas comedere, etiam si citra periculum posset ipsum adire ad rei huius intellectum, et si Caietanus quatuor hic membra dignoscit, perspicacior tamen hæc fuerit trimembris diuisio. Aut n. subdito (de hoc. n. loquimur) palam liquet occurrenti casu non esse legis mentem vt seruetur, & tunc nulla opus est subdiuisione, sed siue subitum sit periculum, siue tempus suppetrat adeundi prefeti absque illius prorsus consilio, licet facere contra legem, vt casibus proximis a nobis explicitis patet. Aut per aliud extremum eiusmodi subditus in dubio hæret vtrinque æquali. Itaque neutrius partis assensum habet, licet ante facere contra legem necne. Ex tunc si uacat ad superiorem recurrere, recurrendum est, si

Primum vero repentinum periculum id non permittit, ad literam seruanda est lex. Atque hic est casus S. Thomæ in solutione secundi, quoniam subdito in tali casu legem interpretari non licet. Si vero medio modo se habeat, ita ut neque certus omnino sit, neque prorsus ambiguus, sed in illa partem propendat, quod post facere contra legem, itaque illius partis opinionem habet cum formidine alterius, tunc si mora datur qua possit magistratum consulere, id facere tenetur, sin vero per subitanæ periculum id non licet, tuto facere potest contra legem. Atque hic est casus tertia conclusionis. Quod si scisciteris vtrum illa sit sufficiens ratio *ἐπιεικής* vt subditus faciat contra legem, quod ratio legis in particula ri persona & casu deficiat? Respondetur quod si tantum deficit in particulari, non sufficit, si autem in toto genere causâ cessauerit tum & lex quoque cessare debet. Veruntamen antequam princeps vel consuetudo illam abroget, uim suam non amittit. Lege (vt exemplum proferamus) cautum est ne quis arma noctu deserat, quantum uis ergo pacificus sis neque ullum a te timeatur digladiationis periculū, non potes contra legem facere. Attamen quoniã de *ἐπιεικής* alibi Doctor sanctus disputat, nempe 2. 2. q. 102. extra chorū hic sal

taremus, si longior nos disputatio remora retur. Hæc autem sunt hic adnotata propria. Primum, etsi liceat nonnunquam propter *ἐπιεικής* contra uerba legis secundum eius mentem agere, tamen uice uersa extra tales casus seruare in cortice uerba corrupta legis mente, preuaricatio legis est. Sic. n. habet lex contra. ff. de legibus. In fraudem legis facit, qui saluis uerbis legis sententiam eius circumuenit. Et sequenti, Fraus lege fit, ubi fit quod fieri noluit, fieri autem non uetuit. Prohibet lex, ne adulter filium spurium heredem instituat, concedere ergo alteri hereditatem qui det filio, est uerba legis, non autem mentem seruare. Prohibet & altera lex, ne sacerdos sacerdotium in fauorem filij renuntiet, alter autem confert alterius filio, vt ille suo uices rependat, iniquitas est *ἐπιεικής* e regione aduersa.

Et per hæc argumentorum patent solutiones. Ad primum. n. respondetur, quod qui in illo postremo necessitatis casu agit contra uerba legis, non iudicat de lege ipsa, sed singulari casu, in quo cernit non esse seruandam. Et pari modo respondetur ad secundum. Hic. n. idem subditus non interpretatur legem simpliciter, sed in casu quomaniifestum est legislatorem aliud intendisse, secus si anceps hæsit, vt dictum est in secundo casu. Ad tertium autem respondetur quod quancunq; leges sapientia uigeant, nulla tamen sufficit, vt casus omnes occurrentes prospiciant.

S. Thomæ aduersum.

Exemplū.

Ad primum arg.

Ad secundū arg.

Ad tertium arg.

QVÆSTIO VII.

DE MUTATIONE ET VARIETATE LEGIS HUMANÆ.

S. Tho. 1. 2. quæst. 97.

ARTICVLVS I.

Vtrum lex humana debeat quoquo pacto mutari.

Postrema demum questione legis, humanæ est vt explicetur quam debeat esse firma, & fixa. Et iō primo queritur, an debeat aliquo pacto mutari. Apparet. n. id minime licet, lex. n. humana (ut s̄ diximus) a

Prima ratio ad partem negatiuum.

E 3 natu-